Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36525
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

timuit enim ne forte raperet eum iudei & occiderent. & ipse postea calumnia fastidiuit. 55.

us quam. xl. qui se deuouerunt ne manducare neque bibere.
donec interficiant eum. & nunc parati sunt expectantes p
missum tuum. Tribunus igitur dimisit adolescen
tem precipiens nemini loquere quoniam hec nota sibi fecisset.
& conuocatis duobus centurionibus dixit illis. Parate
milites ducentos & eant usque cesaream. & equites. lxx.
& lancearios ducentos. & iumenta preparate ut ad hora
noctis. imponentes paulum saluum perducant ad felicem presidem.
Scribens enim epistolam hec continentem. Claudius lysias opti
mo presidi felici salutem. Virum hunc comprehensum iudeis
& incipientem interfici abeis. supueniens cum exercitu
eripui eum. cognito quoniam romanus est. uolensque scire causam
quam obiciebant illi deduxi illum in concilium eorum; quem quidem
inuenio accusari de questionibus legis ipsorum. nichil
autem dignum morte aut uinculis habentem crimen. & cum
mihi patuerit esse insidias quas parauerant ei. misi illum
ad te. simul denuncians & accusatoribus. ut uenirent
& dicerent siquid habere in corate.
Milites igitur secundum preceptum sibi adsumentes paulum. duxerunt
per noctem in antipatridem. Et postera die dimissis
equitibus ut ad castra redirent. ceteri autem quicum eo erant
cum uenissent cesaream & tradidissent epistolam presidi.
statuerunt ante illum et paulum. Cum legisset autem epistolam.
interrogauit de qua prouincia esset; & ut cognouit quoniam
de cilicia esset. audiam te inquit cum accusatores tui uenerint. iussitque in pretorio herodis. custodire eum. Cap. xxiiii.
descend. princeps sacerdotum ananias cum senioribus et oratore
Post. v autem dies et tertullo quodam
oratore adierunt que presidem aduersus paulum. Et
citato paulo cepit accusare tertullus dicens. Cum multa
pace agamus per te. & multa corrigantur per tuam prudentiam